

rus es in terra, & quasi viator declinans ad manendum.

79. Chrysof. Theophil. Euthym. Cajet. Sedebat sic In illa particula sic, multum variant interpretes. Divus Chrysostomus homil. 30. Theophylactus, Euthymius, Sedebat sic, non in sella, non in loco honoratiori, sed in terra. Vel sic, id est, prout contingit, & casus dabat. Cajetanus, Sedebat sic, id est, eo modo, quo solent defatigari Mariana, Sic, id est, ut locus, & tempus dabant. Quidam author gravis modernus ita explicat. Fatigatus ex itinere sedebat sic, ita fatigatus, ut nullo modo exprimi valeat. Joan. 30. num. 6. Sic Deus dilexit mundum; sic, id est, ita dilexit, ut non sit possibile explicari. Ita citatus Author. Maldonatus ex Hebræo illam particulam sic, legit ita, aut propterea. Psalm. 60. num. 6. Sic Psalmum dicam nomini tuo. Ita Psalmum dicam; aut, Propterea Psalmum dicam. Ut sit sensus: Jhesus fatigatus ex itinere sedebat propterea; seu sedebat ita; hoc est, quia fatigatus erat. Sed verba in propria significatione accipienda sunt. Et ut Evangelista scripsit in Græco non est igitur recurendum ad Hebræum. Meo iudicio cum Alberto Magno explicanda est particula, Fatigatus ex itinere sedebat sic, hoc est, sedebat sic fatigatus; & lassus ad quiescendum; hoc est, adhuc sic fatigatus, ut erat, sedebat quando venit mulier. Super fontem, idem est, ac juxta fontem. Stans super illam imperavit febri, Luc. 2. num. 39. Illa particula supra, sæpe idem est, ac juxta. Cajetanus vero ait: Supra fontem, hoc est, innixus fonti. Vel in germana significatione potest accipi; sedebat super puteum, hoc est, super pectorale putei. Hora erat quasi sexta, id est, meridiana, qua Solis calor est vehementior. Nam Judæi in duodecim horas diem dividebant. Et non dicitur hora sexta, sed quasi sexta, ut observant Divus Cyrillus Sanctus Thomas, Euthymius, ut veritatis curam in minimis habere discamus.

Mariana.

Maldon.

Psalm. 60.

Albert. Mag.

Luc. 4. Cajet.

Cyrl. D. Thom. Euthym.

QUESTIO IX.

Quomodo dicatur fons, cum postea puteus appellatur.

50. August. Ammon. Euthym. Albert. Mag. D. Thom. Bonavent. B Is dicitur hic fons: Erat ibi fons: iterum, sedebat super fontem; & tamen postea puteus appellatur. Ait mulier numero 11. Puteus alius est; & iterum num. 12. Jacob dedit nobis puteum. Si fons, quomodo puteus? Respondent, & litteraliter, Divus Augustinus tract. 15. in Joann. Ammonius, Euthymius, Albertus Magnus, Sanctus Thomas, Divus Bonaventura, quod ille dicitur fons, à quo scaturit aqua; cum autem à puteo etiam emanet qua, rectè dicitur fons, quamvis suffusus in terra. Rationes morales prosequamur.

51. Ambros. Cantic. 4. Respondet primò Divus Ambrosius lib. de Isaac, cap. 26. ubi orbiter explicat illa verba Cantic. 4. num. 15. Fons horrorum, puteus aquarum, ait sanctus Doctor. Etenim si mysteriorum altitudinem prosequeris, puteus tibi videtur, tanquam in profundo sua mystica esset sapientia; si verò haurire velis affluentiam charitatis, que major, & uberior est, quam fides, & spes, tunc tibi fons est, ne quid autem moveat, quod puteum, & fontem cum-

dem dixit; etiam Evangelium te instruat, in quo scriptum est: venit Jhesus in civitatem Sichar, erat ibi fons; Jacob, fatigatus sedebat super puteum: quia ibi Samaritana illa, id est, custos (custos autem celestium præceptorum) hausit de puteo illo divina mysteria cognoscens, quia Deus spiritus est, & non in loco adoratur, sed in spiritu: & quia Messias venit, qui est Christus. Itaque dicitur puteus altus ob altitudinem mysteriorum; fons verò, quia, illi, qui charitate ignita accedunt, facilliter, & promptè ipsa divina mysteria degustant. Et quia ipsa mulier Samaritana jam divina charitate vulnerata & divinorum præceptorum custos, ut nomen Samaritani defert, ad puteum adstabat, jam divina mysteria potavit, & agnovit Deum; esse spiritum, & in spiritu adorari, ac Messiam Christum omnium Salvatorem jam venisse, & adesse.

Mysteria divina profunda, qui charitate accendit, facile degustat.

52. August. Secundò D. Augustinus serm. 92. de tempore: Sedit Dominus, ait, super puteum, ut non in altitudine queramus aquam, sed de eo fonte, qui supra omnes aquas est, salutaria nobis pocula hauriamus. Quando mulier è civitate venerat ad hauriendam aquam; puteus appellatur. Puteus alius est, unde amores mundi, ac sæculi hujus filii cum magno labore, ac sudore suarum delectationum, ac appetituum aquam extrahunt. At ubi Christus Dominus accessit statim commutavit puteum in fontem salientem in vitam æternam, ubi omni suavitate, ac dulcedine omnium à suis fidelibus bona degustantur; Ut non in altitudine queramus aquam, sed eo fonte salutaria nobis pocula hauriamus. Justè in Christo dulcedines cunctas inveniunt, contra verò peccatorum in mundo omni affliguntur pressura. Sap. 5. n. 7. Lassus sumus in via iniquitatis, & perditionis, ambulavimus vias difficiles, viam Domini ignoravimus. Si enim viam Domini agnoscerent, omni suavitate, ac facilitate per viam hujus sæculi degerent ad patriam.

53. Euseb. Emist.

Mundani in suis delationibus, multos labores si desint Christo magis suavitates experiantur.

Sap. 7.

54. Laurer.

Mysteria Scriptura, quamvis abscondita, creditibus communicantur.

54. Laurer.

Christus hunc manam miseriam sibi assumpsit, suam nobis gratiam dedit. loel. 3.

Symmach.

55. Tertio Eusebius Emisenus homilia in feria 6. post. 3. Domin. Quadrages. ita ait: Fons iste, profunda Patriarcharum fides, & doctrina esse videtur. Unde non solum fons, sed puteus vocatur: fons quidem propter vivam aquam, puteus verò propter profunditatem. Valde enim profunda est legis, & Prophetarum scientia. Hujusmodi aqua nostram fidem, ac scientiam, & cognitionem Prophetarum designat; reconditur autem in puteo, fonte. In puteo, propter profunditatem mysteriorum fidei, & propter arcana abscondita Scripturæ sacræ, nam puteus etiam significat sacram Scripturam, ejusque scientiam, ut explicat Sanctus Maximus Confessor centuria 2. cap. 2. 29. tom 2. Biblioth. In fonte verò, quia credentibus ex corde, ac perfectò studio Scripturæ incumbentibus aqua viva & salutaris magna per jucunditatem datur, & communicatur.

56. Quarto Hieronymus Lauretus in Allegoriis, verb. fons, & puteus; ait: Puteus profundus, & obscurus, super quem sedebat Dominus Christus, profunditatem, ac obscuritatem humane miseria, quam Christus assumpsit, significare præst. Fons vere significat abundantiam gratiæ, ac claritatem doctrinæ, quam nobis largitur, Joël. 3. num. 18. Fons de domo Domini egredietur, & irrigabit torrentem spinarum. Symmachus legit, vallem spinarum. Talis erat humana natura circumdata multis aculeis spinarum, hoc est, multis miseriis, calamitatibus, vitiis, & peccatis: ubi Christus advencit, totum

Hieron.

55.

Bona Christi suavitatem dicitur bona vero mundi cum labore.

56. Genes. 2.

Exod. 3.

Rupert.

Post labores mundus suis bonis non fruitor suus.

57.

Exod. 8.

Mala, ac pressa in homines fauces hujus veniunt sine manu illius.

Greg. Mag.

torum irrigavit sua divina gratia, ut jam non spinas, sed generosos flores produceret. Divus Hieronymus, Egredietur fons, ait, ut spinas nostras, & vitia, atque peccata, qua nullam frugem habuerunt justitia, commutet in Domini novalia, & ariditatem nostram riget aquis largissimis, & pro spinis ac vepribus flores virtutum multiplices germinemus.

58. Quintò, Divinus Evangelista gesta Christi describens, & enarrans, quomodo Dominus ad locum aquarum venisset, semper fontem appellat: Venit Jhesus in civitatem Sichar, erat ibi fons Jacob; & iterum: Sedebat supra fontem. At mulier Samaritana semper puteum vocat: Puteus alius est: Jacob dedit nobis puteum; infra num. 11. & 12. Dona enim, quæ juxta Christum emanant, sunt veluti fons, quæ promptè, ac facillè omnibus communicantur, ac omnium prata irrigant. At verò bona, dum consistunt prope mulierem Samaritanam, tanquam puteus se habent, quæ magno cum labore consequuntur, ac obtinentur.

59. Fluvius egrediebatur de loco voluptatis ad irrigandum paradisum, Genes. 2. num. 10. At verò in Ægypto etiam erant aquæ, sed in puteo, ad quem filia Sacerdotis Madian venerunt ad hauriendam aquam, & impletis canalibus aquare cupiebant greges patris sui; & supervenerunt pastores, & ejecerunt eas, Exod. 1. num. 26. Quid hujusmodi aquæ significant? Ut vult Rupertus lib. 2. de Trinitate, cap. 129. Fluvius paradisi divina bona, quæ per omnium prata defluunt, ac stagnantur, ut omnis terra in suaves fructus dulcescat. Quid verò puteus Ægypti, nisi munditia bona innuit, cujus aqua magno sudore, ac brachiorum nisu hauritur; & tamen supervenientibus aliis impeditur, ne ea frui, ac potiri valeamus.

60. Perpende, quæso, & videbis, sacrum textum nobis explicare, quod Ægyptiorum plaga illatae sunt virga, vel manu Moysis. Virga aquæ convertuntur in sanguinem, Exod. 7. num. 20. Extendens Moyses manus super rivos, & paludes, eductæ sunt ranæ, Exod. 8. num. 9. Extensa virga facti sunt sciniphes, ibidem num. 18. Per manum Moysis facta est pelis in jumentis Exod. 9. n. 3. Et grandis in omni terra Ægypti super jumenta homines, & omnem herbam, ibidem num. 22. & similiter de cæteris. Tamen de muscarum plaga (quamvis verissimum sit, quod facta fuerit manu Moysis, & quod Deus sua divina virtute fecerit mirabiliter inter Ægyptios, & Hebræos, ut in hos nulla esset musca) sacer textus in hac percussione, nec manum Moysis nec virgam explicat, sed ait: Venit musca gravissima in domos Pharaonis; & servorum ejus, & in omnem terram Ægypti: corruptaque est terra ab hujusmodi muscis, Exod. 8. num. 24. Moraliter ac ad nostram eruditionem ita dicam. Erat hujusmodi musca in Ægypto. Musca laborem, & afflictionem dicit; & ut pressura, ac ærumna in Ægyptum, ac mundum veniat, nullius manus exigitur, sed ipsa per se convolat, ac supervolitat. Venit musca in omnem terram Ægypti, in mundo enim omnia sunt dolore, ac perturbatio plena. In Deo omnia cumulata suavitate, ac requie. Divus Gregorius Magnus lib. 1. Moral. cap. 28. Quid in hac vita, ait, laboriosius, quam terrenis desideriis astuare aut quid quietius, quam Sylveira in Evang. Tom. 11.

hujus sæculi nihil appetere? hinc est, quod Israeliticus populus custodiam Sabbati accepit in munere: hinc è contra est Ægyptus muscarum multitudine percussa; populus namque, qui Deum sequitur, accepit Sabbatum, id est, requiem mentis, ut nullo in hac vita desideriorum appetitu fatigetur: Ægyptus verò, que hujus mundi speciem tenet, muscis percuitur; musca enim nimis insolens, & inquietum animal est, in qua quid aliud quam insolentes cura desideriorum carnalium designantur.

QUESTIO X.

Quare Dominus ad convertendam mulierem venit ad fontem?

61. Tacite Evangelista innuit rationem litteralem, cur Dominus venerit ad fontem. Erat enim hora sexta, hoc est, meridiana: & fatigatus ex itinere, & sedebat; fatigatio autem locum sitim affert. Tamen rationes morales hujus rei deliberandæ sunt in nostram eruditionem.

62. Primo Albertus Magnus ait: Fons iste significat quadruplicem fontem, fundentem aquam munditiæ, sapientiæ, gratiæ, & vitæ æternæ. Sic fons paradisi dividitur in quatuor capita, Genes. 2. n. 11. De qua munditiæ dicitur Zach. 2. 3, Zachar. 13. num. 1. Erit fons patens domui David, & habitatoribus Jerusalem in ablutionem peccatoris, & menstruarum. Est enim hujusmodi aqua in dilutionem peccati actualis per contritionem, & originalem per Baptismum. De aqua sapientiæ dicitur Ecclesiastic. 15. num. 3. Aqua sapientiæ salutaris potabit illum. Et hæc funditur de fonte doctrinæ, qua Dominus hic docuit, & illuminavit Samaritanam. De aqua gratiæ dicitur Joan. 7. num. 33. Qui credit in me, sicut dicit Scriptura flumina de ventre ejus fluent aqua viva. Hujusmodi fons est Christus Dominus, qui gratiam suam dedit huic mulieri, ut eum agnosceret. De aqua vitæ æternæ dicitur Apocal. 7. num. 17. Agnus, qui in medio throni est reget illos, & deducet eos ad vitæ aquarum. Talis fons est agnus Christus Dominus, qui mulieri credenti largitus est vitam æternam.

63. Secundo Divus Bernardus sermone de Nativitate Domini: Aquarum usus, ait, est irrigatio, quam profecto maxime necessariam habent novelle plantationes, alioquin aut minus proficiunt, aut ex toto peribunt ex siccitate. Quærat ergo devotionis aquas, quisquis seminaverit bonorum operum semina, ut irrigatus fonte gratiæ, bona conversationis hortus non areseat, sed in perpetua viriditate proficiat. Venit Dominus ad aquam, & ad fontem, ut hanc novellam mulieris plantationem, quam in horto suo disponebat, cælesti gratiæ aqua recrearet; & foveter, ne siccitate arefceret. Tenere virgultæ, ac nascentiæ germina benigne alenda sunt, ne pereant, at cum adulta sunt, temporum injurias facile vincunt. Unde qui receniter ad penitentiam veniunt, leviter sunt tractandi, ne asperitate deterriti à via salutis retrocedant. Vide lib. 2. cap. 4. num. 50.

64. Tertio Tertullianus lib. de Baptismo, cap. 9. Nunquam sine aqua Christus. Prima Rudimenta N. 2. potest



potestatis sua vocatus ad nuptias a qua auspica-  
tur, cum sermonem facit, scientes ad aquam suam  
invitat sempiternam, Joan. 7. Cum de aqua docet,  
aqua calicem fratri oblatur inier opera dilectio-  
nis probat. Matth. 10. Ad puteum vires refumit.  
Nunquam Christus sine aqua, Venit Dominus  
ad fontem, ut mulier Samaritana illic veniens  
vocetur, atque a peccatis convertatur. Nunquam  
homo a peccatis expeditur, ad gratiamque per-  
venit, nisi per fontem lacrymarum, ac per  
aquam cœlestis rosis pocententia, quibus ablu-  
tur, ut totius mundi sit: *Asperges me Domine,*  
*byssopo, & mundabor: lavabis me, & super nivem*  
*dealbabor,* Psalm. 50. num. 9. Simon Cassianus  
lib. 11. c. 1. Christus, ait, fons aqua viva, venit ad  
fontem commutaturus aquas mortuas in aquas vivas,  
ad quas omnes scientes jam per Prophetam invia-  
verat. Isai. 55. num. 7.

Per aquas  
penitentia  
lavatur ho-  
mo.

Pfalm. 50.  
Cassian.

62.  
Lycan.

Isai. 15.

Ad docendū  
requiritur  
juventutis  
& delectabi-  
litas.

Osee. 2.

Hieron.

63.

Antiqua  
consuetudo  
obseranda.

64.

Quartò, Lycanus: *Hic ponitur opportunitas do-  
cendi ex accessu, quia accessit ad locum delectabi-  
lem & quietum, & doctrina aptum; tum propter  
amœnitatem loci, tum propter fontis ibidem exi-  
stentis proprietatem, quæ signat doctrinam Chris-  
ti, & gratiam, secundum quod dicitur. Isai. 12. n. 3.  
Haurietis aquas in gaudia de fontibus Salvatoris.  
Venit Dominus ad fontem, ad locum per jacun-  
dum aque quietum, ut ibi mulieri cœlestia ara-  
cana aperiat, eamque in salutaribus monitis in-  
struat. Locus enim ad doctrinam capessendam  
proportionatus, ab hominum perturbacione se-  
motus, ac per se delectabilis esse debet, quia tunc  
sensus acutiores redduntur; nam tristitia, & an-  
xietate maximè deprimuntur. Et ideo Isaias, ad  
aquas salutare potandas, invitavit ad fontem in  
gaudio. Ad prophetizandum in choro canen-  
tium invenitur Sath. 1. Reg. 10. num. 5. Et ita ait  
Deus per Oseam. 2. num. 14. *Ecce ego lactabo  
eam, & ducam eam in solitudinem, & loquar ad  
cor ejus.* Hieronymus ibi: *Ducam eam a malis.*  
Et consequenter transferam ad bona & inde lo-  
quar ad cor ejus.*

Quintò, Congruenter Dominus ad conver-  
tendam mulierem, ad fontem accedit. Nam olim  
Jacob ad fontem, visam Rachel dilexit, Genes. 29.  
n. 10. Ad aquas conjugium Isaac cum Rebecca  
Eleazaris ope initiatur, Genes. 24. n. 14. Moyses  
ad aquas in Aegypto accipit in uxorem Sepho-  
ram filiam Sacerdotis Madianitæ. Exod. 2. n. 16.  
David, dum Bethsabee vidit aquis se lavantem,  
eam in uxorem suam adscivit, 2. Regum 11. n. 4.  
Christus Dominus etiam Samaritanam ad aquas  
convertit, eamque sibi in sponsam suam copula-  
vit, ut mulier in aquis penitentia abluta, digna  
sponsalitate Christi efficeretur. Tum etiam ut  
Dominus antiquam Patrum observaret consue-  
tudinem, ac ab ea non discreparet, qui sponsas  
ad aquas accipiebant. Vide lib. 1. cap. 7. num. 6. &  
lib. 2. n. 94. & c. 10. n. 16.

Sextò, Venit Jesus ad fontem, ut ibi mulierem  
ad penitentiam trahat, ac ut ipsa a suorum pec-  
catorum laqueis, atque compedibus Christi do-  
ctrina liberaretur. Est enim aquarum natura, ut  
accidentium ad se imagines expriment, ac veluti  
crystallinum speculum ante oculos objiciant.  
Venit Jesus verus fons ad fontem aquarum, ut  
Christi splendore naturales aquæ majorem cla-  
ritatem, ac pelluciditatem accipiant, ut ibi mu-  
lier se totamque suæ vitæ seriem agnoscat, & vi-  
deat. Dixit ei Christus: *Bene dixisti, quia non ha-*

beo virum: quinque enim viros habuisti, & nunc  
quem habes, non est tuus vir, Joan. 4. num. 17. Et ita  
ipsa dixit: *Videte hominem, qui dixit mihi omnia,*  
*quæcumque feci. Veniat mulier ad fontem a qua-*  
*rum, ut in crystallinis lymphis sua antea facta*  
*intueatur. Nil efficacius, ut homo in vita melio-*  
*retur, reformetur in moribus, & a peccatis resi-*  
*piscat, quàm dum se suaque gesta videt, conside-*  
*rat, ac ante oculos ponit.*

Dum pecca-  
tor se videt,  
& agnoscit,  
reformatur.

Cum filij Jacob descenderent in Aegyptum ad  
emendos cibos, ac coram Joseph adfarent, ipse  
eos cognovit, & quasi ad alienos durius loqueba-  
tur, & ait ad eos: *Exploratores estis,* Gen. 42. n. 9. Genes. 42.  
Sed quomodo Joseph, qui tenera viscera habe-  
bat in omnes, & potiore jure in fratres, tam rigi-  
dum se exhibet ad eos? Nam, forsitan in hoc ali-  
qua vindictæ scintilla relucebat ut pro ulciscen-  
da venditione eos asperè tractaret? Minimè, sed  
hoc ex ardenti charitate proveniebat, ut ipsi in  
hac amaritudine constituti levarent oculos ad  
peccata sua, & scelera, quæ in venditione fratris  
commiserat. Et ita ipsi locuti sunt ad invicem: *Merito  
hæc patimur, quia peccavimus in fravem  
nostrum, videntes angustiam animæ illius, ibidem  
num. 12. Fervidus amore Joseph duriuscule, ac  
acerbè fatur, ut eos in hanc cognitionem impel-  
lat, ut ita suorum facinorum cognitione comp-  
uncti doleant, & respiciant. Rupertus ibi: *In-*  
*stitia perfectio, inquit, & idonea severitatis fuit,*  
*quod peccatores tandem flagellat Joseph, & corripit*  
*suorum verborum stimulis, clavisque acutis tandem*  
*configit, donec peccatum suum agnoscant, & dicant:*  
*Merito hæc patimur, &c.**

Dedacatur  
homo ad sui  
cogitationem  
delictorum;  
ut emenda-

Rupert.

Egressi filij Israël de Aegypto, cum appropi-  
quarent ad mare rubrum, revertentes oculos, vi-  
derunt post se Aegyptios, & timuerunt valde,  
Exod. 14. n. 10. Valde mirum, quod Israëlita tan-  
tis divinis favoribus muniti, & cum eis adesset  
columna nubis, per diem ostendens iter, per no-  
ctem elucescens, adhuc timeant, & pavescant: si  
Deus tantis documentis se benignum exhibet,  
quid adhuc trepidat populus? Sine dubio à luce  
columnæ hoc proveniebat. Nam dum Hebræi  
respiciunt ad Aegyptios, oculos conjiciunt ad  
suam præteritam vitam, in ipsique Aegyptiis sua  
antiqua delicta, ac facinora intuentur, ut hac  
cognitione commoti, suas culpas deplorantes ad  
Deum vehementius pro auxilio inclamarent.  
Rabbanus Maurus, *Tunc levantes, ait, filij Israël  
oculos suos viderunt Aegyptios post se, quando au-  
ditores Evangelij præcedentis columna jam illu-  
minatos oculos cordis habentes respiciunt præte-  
ritos errores, in quibus fuerunt, & conferentes ve-  
ritati, quam novo nuntio audierunt valde admi-  
rati sunt, commoti sunt, timor apprehendit eos:  
verùm ibi dolores parturientis, id est, non vani, sed  
fructum afferentes gaudij sempiterni. Vide supra  
cap. 3. num. 76.*

Dum homo  
se cognoscit,  
emendatur.

Rabbanus.

Q U A S T I O X I.

Quare meus Iesus ostendatur fatigatus?

Ratio litteralis hujus rei est: quia Do-  
minus pedes incederat, ac proinde, ut Ratio litt-  
ralis. homo fatigabatur longum iter deambulans.  
do. Ita Euthymius, Theophylactus, qui ait: Euthym.  
Theophil.  
Non

Non enim jumentis utebatur ad iter, sed pedes ibat,  
instruens etiam nos, ut multis opus habere; Insaper  
dicit ipsum incedere strenuè, & non graviter. Ex  
quo discimus & nos, ut cum constantia, & diligentia  
faciamus opus Dei. In quo manifestabatur humilita-  
tas, charitas, ac constantia Domini: nam ut  
humilis iter pedibus, non equo conficiebat, ut  
charitate fervidus, strenuè, & non ignaviter am-  
bulabat ad vocandam mulierem, & ut constans  
in suis operibus nec fatigatione, nec labore ab  
itinere incepto desistebat. Albert. Magnus ean-  
dem rationem tradens cum Theophylacto ait:  
Fatigatus ex itinere, non enim veltura utebatur, sed  
pedibus incedebat, ne gravis esset his; ad quos de-  
clinabat. Ac si dicat, quod multi per vias in do-  
mibus suis Christum recipiebant; ne ergo hujus-  
modi equitatu gravarentur hospitio, Dominus  
pedester per itinera pergebat.

Domini hu-  
militas, cha-  
ritas, ac sub-  
stantia.

Albert. Mag.

Hospites non  
sunt gravan-  
di.

68.

Chrylost.  
August.  
Cyril.  
Irenæus.  
Euseb.  
D. Thom.  
Bonavent.

Hebr. 4.

Hebr. 2.

69.  
Euseb.

Fatigati ac  
laborati ad  
Scripturam  
oculos conj-  
ciant, & ibi  
consolatio-  
nem inven-  
ient.

1. Mach. 2.

70.  
Ambros.

Cassian.

Secundò, D. Chryostomus homil. 30. Divus  
Augustinus tractat. 15. in Joan. Divus Cyrillus  
lib. 2. cap. 78. Divus Irenæus lib. 3. cap. 32. Euse-  
bius Emisenis h. mil. in fria 6. post. 3. Dominic.  
Quadrages. Divus Thomas, Divus Bonaventura:  
Fatigatur Jesus ambulans super terram, ut se ve-  
rum hominem demonstraret; nam ut verus Deus  
ambulans super mare, ac super pennas ventor-  
um, & totam mundi machinam pugillo conti-  
nens, non fatigatur; Tamen dum conversatus  
est nobiscum, se verum hominem comproba-  
vit, nostras infirmitates, ac miseras sustinens,  
per omnia nobis similis, ut nobis dolentibus ac  
laborantibus compassus esset. Ad Hebr. 4. n. 15.  
Non enim habemus Pontificem qui non possit  
compassi infirmitatibus nostris. Ad Hebr. 2. n. 17.  
Debit per omnia fratribus simulari, ut misericors  
fieret, & fidelis Pontifex ad Deum. Vide supra  
c. 3. num. 175.

Tertio, Eusebius Gallicanus citatus: *Iesus fa-  
tigatus sedebat super puteum. Qui ergo sunt fati-  
gati, & requiescere volum, veniant ad puteum,  
veniant ad Scripturas Prophetarum; ibi invenient  
Iesum, ibi eum dicentem audient: Venite ad me, qui  
laboratis, & onerati estis, & ego reficiam vos:  
Ideo enim Iesus super puteum fatigatus quievit,  
ut nobis, ubi quietem queramus, ostenderet. Chris-  
tus Dominus oppressos ac oneratos ad refectio-  
nem ac requiem vocans, ad puteum fatigatus ve-  
nit. (Puteus, ut supra dixi, ob profunditatem sa-  
cræ Scripturam significat, ut nos doceret bo-  
nus Magister, quod si laboribus, ac calamitati-  
bus ingruentibus vexati, ac fatigati sumus: ad  
sacram Scripturam, ad documenta Prophetarum,  
ac exempla Prophetarum levemus oculos,  
ac confugiamus; nam ibi consolationem inven-  
iemus ac requiem. Sic Mathathias moriens ma-  
jorum suorum exemplo adversus Regis Antio-  
chi tyrannidem filios communit. 1. Mach. 2.  
num. 50. Mememote operum patrum, quæ fecerunt  
in generationibus suis. Et statim illustrata facta  
commemoratur.*

Quartò, Divus Ambrosius lib. 2. de Spiritu  
sancto, cap. 20. Christus, ait, non ad locum, sed  
ad puteum sedere consuevit. Ibi eum Samarita-  
na illa, quæ credidit, illa, quæ aquam haurire cupie-  
bat, invenit. Quamvis manè venire debueris,  
tamen etiam serius veneris, etiam sexta hora Je-  
sum fatigatum invenies; fatigatus est, sed in te,  
quia diu te quæsit; tua illum tandem increduli-  
tas fatigavit. Similiter Simon Cassian. lib. 1. c. 1.  
Sylveira in Evang. Tom. II.

Inquisitionis amor ejus fatigatas mentem, & corpus  
ejus; velut consuevit fatigare quærentes, donec in-  
veniretur quæsitum. Nondum Jesus invenerat ho-  
minem; quem quærebat. Tota die iter fecerat Je-  
sus; & tamen modò hora sexta dicitur fatigatus;  
quia cum mulier primo manè ad Salvatorem  
suum venire deberet, adhuc hora meridiana non  
venerat, nec Jesus invenerat eam, ideo fatigatus  
erat quia ovem quæsitam non inveniebat, & ovis  
ipsa morosè adhuc reluctabatur accedere: qua-  
libet enim mora, & tarditate nostrâ Jesus valde  
fatigatur, magna que molestia afficitur.

Tarditas, à  
mora homi-  
nis ad Chris-  
tum gravis  
ei, ac valde  
molestia.

Quintò, Divus Augustinus tract. 15. in Joan.  
nem: *Iesus, ait, fatigatur, & ab itinere fatigatur.*  
*Invenimus virtutes Jesu; fortem, & infirmum;*  
*fortem, quia in principio erat Verbum. Vis videre;*  
*quàm iste filius Dei fortis sit? Omnia per ipsum*  
*facta sunt, & sine ipso factum est nihil. Quid ergo*  
*fortius, per quem sine labore facta sunt omnia? In-*  
*fimum vis nosse? Verbum caro factum est, & ha-*  
*bitavit in nobis. Fortitudo Christi creavit, infirmi-*  
*tas Christi recreavit: fortitudo Christi fecit, ut*  
*quod non erat, esset, infirmitas Christi fecit, ut quod*  
*erat non periret. Veniebat Dominus ad fontem*  
*ad expugnandum, expellendumque à muliere*  
*antiquum hostem, & tamen defatigatum se ex-*  
*hibet. Sed cur fatigatus? Quando aliquis pro-*  
*cedit ad bella, vires resumit, corpus corrobora-*  
*rat, lassitudinem, ac defatigationem devitat.*  
*At meus Jesus; dum ad hostem prosternen-*  
*dum, ac deturbandum, ad victoriamque con-*  
*sequendam properat, fatigatio, ac infirmitas*  
*assumitur ab eo; quia tota victoria, ac fortitudo*  
*Christiana ab oppressione, ab molestia pro-*  
*cedit; quando enim Christianus animus anxia-*  
*tur, ac multis calamitatibus vexatur, tum ani-*  
*mus concipiat, quod gloriosa præstabit, & col-*  
*lapla restaurabit. Infirmitas Christi fecit, ut quod*  
*erat, non periret.*

71.  
August.

Tota Chris-  
tiana forti-  
tudo à labo-  
re, ac infir-  
mitate.

Sextò, Idem D. Augustinus sermone 92. de  
tempore: *Vide diversitatem mysterij: Inter Apo-*  
*stolos exultavit in spiritu, Matth. 11. num. 27. In*  
*monte posuit, non solum confortabat eos, verum*  
*etiam gloriam in his propriam demonstrabat.*  
*Matth. 17. num. 2. In Samaria constituit, fati-*  
*gatus ex itinere sedebat super puteum. Nuncquid*  
*Dei virtus poterat fatigari? Non utique; sed fa-*  
*tigabatur quod fidem populorum invenire non po-*  
*terat. Tunc ergo fatigatur Christus, quando nul-*  
*lam virtutem in suo populo recognoscit hodieque*  
*fatigat eum inobedientia nostra, fatigat eum in-*  
*firmas nostra: Inter suos Apostolos Dominus læ-*  
*tabatur in spiritu, ac gratias dabat Patri, & inter*  
*suos constitutus in monte gloriosus apparebat;*  
*at verò apud Samariam fudit, at fatigatur. Cum*  
*suis infidelibus Dominus exultat, ac magna læ-*  
*titia profunditur; tamen apud infidelem popu-*  
*lum fatigatur, molestias patitur, ac pressuram*  
*sustinet; nam sicut eum suis discipulis eorum*  
*obdientia, fortitudine, ac constantia lætatur, &*  
*exultat; ita eum infidelibus, eorum protervia,*  
*ac inobedientia anxiat, dolet, & affligitur;*  
*Fatigat eum inobedientia nostra, fatigat eum in-*  
*firmitas nostra.*

72.  
August.  
March. 11.

Matth. 17.

Christus cum  
suorum obe-  
dientia læ-  
tatur; cum  
infidelium  
inobedientia  
affligitur.

Septimò D. Thom. In Christo Domino fati-  
gato ex itinere datur nobis exemplum non refu-  
giendi laborem propter salutem aliorum. Pl. 87.  
num. 16. *Pauper sum ego & in laboribus a juven-  
tute mea. Hoc exemplo instruntur Ecclesiarum*

73.  
D Thom.  
Psalm. 87.

N 3 Prælati,